

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur


Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zwölfter Band.

Erstes Heft.

Mit 3 Tafeln.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Eine ungedruckte Vita Erzbischofs Anno II. von Köln.

Besprochen von F. W. E. Roth.

Die Monumenta brachten im Band XI, S. 462 f. der Scriptores einen kritischen, durch Anmerkungen erläuterten Text der bekannten Vita Annonis und der Herausgeber R. Koepke bemerkte S. 464 unter N. 5 des Handschriftenverzeichnisses, dass unter den kleineren Vitas Annos eine solche existiere, welche in einer Hs. saec. XIV in Erfurt und einer Copie vom J. 1684 in Brüssel vorhanden sei. Diese Vita galt dem Herausgeber als Auszug aus der abgedruckten grösseren und fand keine weitere Beachtung. — Die Darmstädter Hs. Nr. 945, 8° Pergament saec. XII enthält diese kleinere Vita, welche sich hiermit als eine in der Abfassungszeit an die grössere Vita heranreichende Arbeit erweist. Der Codex trägt den Vermerk: 'Monasterii Grafschaft' und stammt aus dem Cistercienserkloster Grafschaft in Westfalen, sowie aus der Sammlung des Barons v. Hüpsch. Ersterer Umstand, sowie zahlreiche Correcturen und zwei eingelebte Pergamentblättchen mit Nachträgen machen die Vermuthung berechtigt, dass das Ms. ein Autograph des Verfassers sei. Auf besondere Beziehungen Grafschafts zu Anno deutet Blatt 1' das stehende Bild des Erzbischofs Anno in Miniatur saec. XII, eine Kirche hinter dem Haupte, je eine in der Hand, und zwei zu den Füßen, auf die kirchlichen Stiftungen Annos hinweisend. Die Arbeit hat noch romanischen Charakter. Der Inhalt des Codex ist auf 68 Blatt folgender:

I. F. 2—55 die Vita.

II. F. 55'—61 Anhang hierzu, Wunder des Heiligen zu Bamberg gewirkt, meist sich nur mit Errettung mehrerer zum Ertränken bestimmter Kinder befassend, theilweise aus der Zeit, als Anno Scholaster in Bamberg war. Unbekannt und in der grössern Vita fehlend, bedeutungslos für Geschichte, aber interessant, wie man sich den Mann in seinem Wirken dachte. Diese zwei Stücke von Händen saec. XII.

III. F. 61'—63 eine Denkschrift auf die Translatio von Gebeinen Annos vom Sieberg nach Grafschaft 1374; 1381 in den Codex von einem Grafschafter eingeschrieben. Hand saec. XIV. Urkundenschrift.

IV. F. 63'—68' Passio septem sanctorum fratrum; Hand saec. XV.

Der Verfasser der kleineren Vita unternahm seine Arbeit auf Anstehen des Abts Gerhard (von Sieberg um 1186), er erwähnt eine Vita Annos und tadelt ihre Weitschweifigkeit. Diese Vita ist die Quelle seiner Arbeit, der er aber nicht slavisch folgt, sondern anders eintheilt, die Ereignisse anders ordnet, selbständige Zusätze macht, ja mehrfach das Gegentheil der grössern Vita schreibt. Die in der grösseren Vita eingeschalteten Stellen aus Lambert, Sallust und die Urkunden fehlen gänzlich. Die kleinere Vita ist mehr legendenartig, berührt die politische Thätigkeit des Erzbischofs noch weniger als die grössere hierin äusserst dürftige, verweilt aber gerne bei dem Verhältnisse Annos zu den Kölnern. Jedenfalls missfiel die grössere Vita durch ihre Weitschweifigkeit auch damals schon, der Verfasser der kleineren fühlte sich hiervon angeregt, der grösseren Arbeit seine kleinere entgegenzusetzen, die allerdings ein rascher orientierendes Bild von Anno giebt. Der Verfasser ist ein Sieberger oder Grafschafter Mönch. Besondere Bemerkungen über seine Herkunft enthält die Vita nicht. Eigenes Product ist der Anhang der Vita: 'Quid in Bavinbergensi civitate per Annonem gestum sit'. Hier beruft sich der Verfasser auf mündliche Quellen: 'Quiddam relatu et memoria dignum, quod a canonicis Bavinbergensibus fidei relatione didicimus, posterum cognitioni opere precium innotescere duximus' und später nochmals: 'Sed hec compendio lectori dicta sint; adhuc, quod a prefatis canonicis Bavinbergensibus accepimus, subiungamus'. Die Vita verdient als Arbeit über einen der grössten Männer des 11. Jahrhunderts Beachtung und einen Abdruck in den Monumenta, wenn die Bedeutung auch mehr eine literare als eine historische Ausbeute ergebende sein dürfte. Diese kleinere Vita scheint verbreitet gewesen zu sein, da sich die oben erwähnten zwei Hss. finden und das von Jansen in den Annalen des hist. Vereins f. d. Niederrhein I, 92 erwähnte Ms. einer Vita Annonis in Halle, jedenfalls keine Arbeit Levolds von Northof, aber mit der kleineren Vita einerlei sein dürfte. Ms. 814 der hiesigen Hofbibliothek, Papier, saec. XV (v. Hüpsch 53), Folio, ein niederdeutsches Legendarium enthaltend, hat Blatt 14' 'Van sent Anno dem heiligen busschof' auf 8 Seiten einen niederdeutschen Text, der Uebersetzung resp. Auszug der kleineren Vita ist. Als Probe der Vita theile ich den Prolog, den Anfang der Arbeit selbst und die Summarien der Kapitel mit.

Die als Anlage IV abgedruckte Translatio ist fehlerhafter Text eines des Lateins wenig kundigen Mönchs; sie ist mit allen ihren Fehlern und den Verbesserungen eines Spätern als unbekannt und ungedruckt mitgetheilt.

I.

Prologus in vitam beati Annonis archiepiscopi.

Inter precipuas spiritalium profectuum delicias sanctorum gesta vel dicta reputari quantum arbitror fatendum non absurde videtur, quibus anima fidelis in actionis sue formam redactis enutrita crescat et impleatur in omnem plenitudinem Dei. Nam quoniam propinquante mundi occasu rarescit lux, et tenebre densantur, defecit sanctus et diminute sunt veritates, his potissimum temporibus opere precium est, nos intendere doctrinis ac descriptis electorum virtutibus, ubi inter lilia pascit et pascitur dilectus, donec aspiret dies et inclinentur umbre. Cumque in omni genere studiorum bene agendi studium premineat, constat eque in scribendi operibus nil rectius quam virtutis exempla proponi. Verum quia in plerisque mortalium virtutis nomen inane fuit, et falsarum virtutum tam multe considerantur imagines, ut veri fucatique boni distantiam vix possibile sit investigari, virtutem hic non qualemcunque acceperim, sed eam, que nos creatoris conformat imagini, queque nos in summe felicitatis et glorie, que a solo Deo est, perennitate constituat. Cupientes igitur illustris viri virtutes ac pietatis opera in multorum noticie lucem propalare, ea imperitiam nostram ratione solamur, quod licet sermo pedestris recitanti possit iure displicere, credimus tamen rebus non facile offendi eos, quorum fuerit erga dicenda fidelis et pia emulatio. Si quos vero livor aut incredulitas aurem declinare cōmpulerit, id sane rerum veritatem, que a piis ac sine dolo rationabilibus viris ad nos perlata est, mutilare non prevalet, quibus licuit, ut semper licebit, iusti immortalem memoriam posteritati scribendo transmittere. Etenim si laudatur peccator in desideriis anime sue, si protegent umbre behemoth umbram eius, multorumque res geste codicibus continentur, quorum olim periit memoria cum sonitu, quis eorum studiis audeat succensere, qui sanctorum merita celestibus ostentis declarata, ne solo¹ premantur oblivionis, adhibita in longum opera fidelium oculis spectanda proponunt? Proinde o Christi familie fidelis dispensator et abba Gerharde, dum de presulis Annonis nomine propagando curam geritis, digna sanctum Dei gratitudine remuneratis, agendo videlicet, ut que de gestis illius decore quidem ac lepidio sermone, sed latius,

1) 'situ'? W.

quam oportuit, diffuso digesta lectoris animum poterant avertere, ad artioris pagine semitam contrahantur, et semel incudi reddita librariorum scedis et calamo superfluitate decisa fiant magis accommoda. Qua in re sic fastidiosis aut brevitatem potius amplectentibus obtemperandum video, ut nec illi offendantur, qui dudum cognita dolerent ad extreme tenuitatis limam revocari, tamesti multorum ac diversorum voluntatibus ad libitum deservire, sicut plerumque minus utile ita semper difficile esse non ignoremus. Sit ergo precor inculpabile coram Deo nec ingratum sancto quod hominum preiudiciis obnoxium fore perpendo, solamque a presentibus veniam depono non temere presumpti, sed parendi debito suscepti laboris, dummodo futurorum longanimitas res non verba trutinando consuescat ex his, que legerit, mecum Domini magnificentiam in sancto ipsius collaudare. Explicit prologus.

II.

Incipit Vita beati Annonis archiepiscopi et confessoris.

Electus Deo puer Anno patre Alemanno, matre Saxonica progenitus est, e quibus hic Waltherus, hec Engela dicebatur, qui carnis generositatem, qua ex ingenuis ingenui florebant, fide in Deum et pia operatione feliciter illustrarunt. Quorum soboles in sexus utriusque propagines late diffusa satis in secularibus, plurimum in ecclesiasticis disciplinis ac dignitatibus eminuit, sed ex omnibus Anno quantum studiis erga Deum tantum et nomine clarius apud homines inventus est. Qui dum iam primevis incrementis ingenii morum formeque insignibus merito cunctis graciosus haberetur, a patre militaribus exercitiis tanquam mundi heres futurus deputatur.

III.

Incipiunt capitula libri primi.

I. Unde originem duxerit, et qualiter ab avunculo sublatu in Bavinbergensi scola sit positus.

II. Quod ibidem magister scholarum fuerit, indeque in palatium assumptus.

III. De obitu Coloniensis archiepiscopi et Annonis substitutione.

III. Qualis in episcopatus administratione extiterit.

V. De constantia eius et rigore circa imperatorem.

VI. Qualiter mortem regis presciverit filiumque ipsius educaverit.

VII. Descriptio conversationis et actuum illius.

VIII. Quod mulierem partu periclitatam noctu reperit, et sublatam cum infante fovit.

IX. Qualiter parvulum nocte repertum deportavit et nutrici commendavit, et quod insidias noctu perpessus est, vel quomodo in incestos vindicabat.

X. Qualiter in cunctis episcopii sui monasteriis apostolicam normam reformavit.

XI. Quod in honorem Dei genitricis novum opus erexit loco qui dicitur Ad gradus.

XII. Quod et aliam Colonie ecclesiam construens sancto Georgio attitulaverit, et que in eius dedicatione contigerint.

XIII. Qualiter a sene incognito premonitus sit de extruendo sepulture sue loco.

XIII. Quibus ex causis montem Sigeberg obtinuit, et de prodigiis que structure ipsius initia precesserunt.

XV. De templi dedicatione et de celitus radiante igne in altaris consecratione itemque in missarum actione.

XVI. Quos in ipso cenobio fratres constituerit, et de eius erga filios pia affectione.

XVII. Quomodo regis passus inimicicias suorum monachorum preces periculis omnibus opposuit.

XVIII. Quod et alia duo cenobia diversis locis constituit.

XVIII. De gloria et humilitate et in divitiis paupertate et pro ecclesia laboribus illius.

XX. Quanta a Palatino apostata vel quo fine pertulerit.

XXI. Quo studio in sanctis honorandis fervebat, et de incendio, quod accidit, dum populo predicaret.

XXII. Qualiter a beato Petro de ecclesia dotanda fuerit edoctus.

XXIII. Visio qua in summe trinitatis gloria psallenda clerici sui negligentiam agnovit.

Capitula libri secundi.

I. Miraculum, quo absque clave capsam, qua s. Georgii brachium continebatur, aperuit.

II. Quod ad tactum vestis eius cecus illuminatus sit.

III. De ceco per aquam manibus Annonis infusam illuminato.

III. Item de ceca per eum lumen recipiente.

V. De iuvene, cuius venter per aquam ab eo benedictam detumuit.

VI. Qualiter infirme asinum, quo subveheretur, dedit, et sanata est.

VII. Quod Hildolfum sibi in episcopatu successurum predixerit.

VIII. De simili presagio ipsius in Sigewinum postea episcopum.

VIII. Qualiter Egilberto Mindonensi episcopo scripsit, quod ab eo terre commendandus esset.

X. Qualiter ad fratres Sigeberg habitis sermonibus in futura prospexerit.

XI. De claudio ad eius in sanctum Bardonem invectio-
nem resiliente.

XII. Quod ad illius in sanctum Severinum commina-
tionem rediit serenitas.

XIII. Qualiter orante illo musca sacramenti dominici
portionem reportavit.

XIIII. De duobus a suspendio per eius persone similem
formam liberatis.

XV. Quomodo visis celestibus secretis egrotavit, et in
Sigeberg se petiit humari.

XVI. Visio qua de exitu suo premonitus est.

XVII. De civium seditione paulo ante contra eum mota
itemque pacis conventionem.

XVIII. Qualiter ultimo suo anno locum requiei sue fre-
quentavit, et tumulum suum ipse mensus obitum sibi instare
predixerit.

XVIII. Quod longo podagre dolore confectus sit.

XX. Allocutio eius consolatoria ad fratres sui cenobii,
et quod sub anathemate vetuerit, ne alibi quam in Sigeberg
tumularetur.

XXI. Quomodo sanctos in loculis efferri seque illis ob-
viam portari fecit, vel quanta fiducia se ipsis commendavit.

XXII. Quomodo Sathanan vidit et abegit.

XXIII. Qualiter indulgentiam cunctis dedit et accepit ac
debita omnibus reddenda disposuit.

XXIIII. Quod diem transitus sui designavit et ducis
mortem prenunciavit.

XXV. De sensus eius usque in exitum vivacitate et qua-
liter pro civitate sanctos omnes invocans spiritum efflavit.

XXVI. De fratre per somnum exterrito, et de urbis
planctu.

XXVII. De exequiarum eius gloria vel miseria.

XXVIII. De Coloniensium dissensione pro sepultura eius
et de miraculo, quod visum est in navis transitu, que corpus
ferebat.

XXVIII. Qualiter septimo die corpus Sigeberg deduc-
tum est, ibique die obitus eius octavo sepultum.

XXX. Quod fratribus per visum se non mortuum, sed
melius vivere testatus, ipsi cenobio rerum copiam repromisit.

XXXI. De mulieris aridam manum habentis et fabri ac
puelle curatione et claudi restauratione.

XXXII. De monachi ex ruina claudi erectione, et cuius-
dam egerri ac mulieris incurvate et duorum claudorum sa-
natione.

XXXIII. De puero distortis pedibus nato et de claudo itemque paralitico sanatis.

XXXIII. De clerico, qui sanctum hunc blasphemans gressus, donec peniteret, amisit.

XXXV. De blasphemo, qui sanctitatis eius incredulus oculos perdidit ac rursus penitens recepit.

IV.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnia, que in scriptis redacta non sunt, oblivioni traduntur¹, idcirco ex rogatu speciali grosso sensu meo scripsi, qualiter reliquie sancti Annonis [in²] Grasscaph de monte Sybergh, quem sanctus Anno prelegerat, sunt translate. Fuerunt hiisdem temporibus duo viri venerabiles magne recommendationis et astuti, de quibus postea mencionem faciam. Sed antequam propositionem meam aggrediar, prius unum de suis miraculis tangam, quod elegi pre aliis in hoc libello contentis. Accidit autem, cum deduci se fecisset sanctus Anno de Selueldt versus Sybergh in curru suo circa meridiem vidit suis corporalibus oculis celum apertum, viditque archana Dei ille speculator spiritalis quasi Seraphim sub alis Dei videns faciem, de qua visione tantam gratiam habuit, ut preterita sciret, presencia cognosceret, futura prophetaret, nam dixit³: 'Ve misero mundo, ve misero mundo, ve misero mundo⁴, quod de episcopis et pontificibus tanta scandala oriri debent'. Versus: 'Ve misero mundo, ve primo veque secundo, ve per pontificum dedicus (!) horrificum', ut plenius invenies in secunda parte huius libri capitulo quinto-decimo, que intitulatur 'Adherent (!) hiberni temporis dies'. Proch dolor! quod propheciam istius sanctissimi viri modo nostris temporibus vigere videmus, quamquam in codicibus legimus, quod sine gravi merore loqui non possum, avariciam videmus regnare in toto mundo, et plus in dominis spiritualibus quam aliis, quia papa, qui est summus pontifex, archiepiscopi, episcopi, decani et prepositi et alii qui deberant⁵ dare, rodunt et radunt, deberant⁶ defendere, tradunt; malicia crevit in terra incipiens a senioribus, id est potentibus, ergo et cetera. Circa presens tempus F. de Sarword archiepiscopus Coloniensis discordabat cum⁷ civibus Coloniensibus, ita quod predicti cives fastarunt⁸ villam Tuyciensem, monasterium Sancti Heriberti cum omnibus habitationibus et pertinentiis suis, necnon et ecclesiam parochialem ibidem, propter quod susti-

1) Corr. von späterer Hand: 'tradantur'. 2) Von späterer Hand eingeschaltet. 3) Das 't' von anderer Hand. 4) So weit in der älteren Vita II, c. 24, MG. SS. XI, p. 496, 44. 5) Corr. von späterer Hand: 'deberent'. 6) Desgleichen. 7) Von anderer Hand 'cum' ergänzt. 8) Andere Hand darüber 'vastarunt'.

nuerunt interdictum pluribus annis et adhuc finem non videmus. Item circa annos Domini M^oCCC^oLXXVij^o in urbe Romanorum Urbanus sextus est electus in summum pontificem, contra quem quidam suus¹ cardinalis, qui sacramenta de manu eius² acceperat, et sibi obedienciam fecerat, ex instinctu spiritus maligni in Avinion³ c. in antipapam se⁴ coronare⁵ permisit, et se⁶ Clementem nominare⁷ fecit, et tunica Domini inconsutilis per hoc scinditur, de quibus magnas (!) errores in fide oriuntur⁸, de fine istius facti nichil ad presens dicere possum. Eciam circa presens tempus duo, unus de nobili progenie videlicet de marchionibus Mycie episcopus Babenbergensis, alter de progenie Nassowe episcopus Spirensis, litigabant pro archiepiscopatu Maguntinensi, de qua litigacione multa mala evenerunt, sed Spirensis obtinuit. Nota legens, que et qualia iste sanctissimus Anno prenosticaverat, et si omnia et singula, que tangunt suam⁹ prophetiam, que vidimus et videmus, enarrare deberem, non sufficerem complere volumine magno (!). Sed revertar ad propositum; duo viri, de quibus supra mencionem feci, unus dominus Tilemannus de Smalenborch decanus sancte Marie ad gradus Coloniensis, alter dominus Rotgerus de Afflen prior monasterii in Grasscaph, quos laudare non audeo, sicut bene eis dicet¹⁰, quia scriptum est: 'Ne laudaveris hominem in vita sua'. Et licet quod¹¹ sanctus Anno fundaverat¹² ecclesiam sancte Marie ad gradus et cenobium in Grasscaph, tamen de suis¹³ sanctissimis reliquiis nil habuerunt. De quo viri predicti dolentes cum magna subtilitate et labore apud dominum abbatem Sybergensem obtinuerunt, quod predictus abbas cum consensu suorum confratrum capsam sancti Annonis aperuit, et eis de reliquiis predictis participacionem contulit, quas cum magna reverencia et gaudio susceperunt deducendo Colonie¹⁴ clero ac populo obviante Deum et sanctum Annonem laudantes. Post hec prior predictus ea, que sibi erant commissa, de Colonia Wormbeke duxit, donec se prepararet Theodericus de Snellenbergh abbas in Grasscaph cum suis confratribus et cum vicinis presbiteris, ut¹⁵ honorifice reliquias predictas per opidum Smalenborch ad monasterium Grasscaph portarent, quod fecerunt sub anno Domini M^oCCC^oLXXiiij^o, feria tertia post octavas festi Penthecostes¹⁶, presentibus domino G. decano in

1) Andere Hand: 'ipsius'. 2) Andere Hand, Zusatz. 3) 'Avenionensi civitate', andere Hand. 4) Andere Hand, Zusatz. 5) Andere Hand corr. 'coronari'. 6) 'se' von anderer Hand durchstrichen. 7) Corr. 'nominari'. 8) Andere Hand darüber: 'Et magnae oriuntur inter fideles dissensiones'. 9) Corr. andere Hand: 'ipsius'. 10) Darüber: 'merentur'. 11) Von anderer Hand durchstrichen. 12) Corr. 'fundaverit'. 13) Corr. 'ipsius'. 14) Corr. 'Coloniam'. 15) Von späterer Hand ergänzt. 16) 21. Mai.

Wormbeke, domino H. decano Gerirhartichussen, Io. Stoypen in Smalenborch, H. in Yfelpe, Her. in Lene, C. in Rorbeke, Io. in Ouenerkerken, Ernesto in Grasscaph plebanis, necnon et quampluribus presbiteris et vulgari populo, coram quibus sepedictus prior abbati suo iuravit, reliquie vere esse sancti Annonis, et sic abbas predictus reliquias predictas in suum monasterium collocavit, quibus interfui et vidi et ex mea grossitate compilavi et scripsi. Consulo¹ igitur vobis religiosis viris Grasscaph ad presens existentibus et in futurum advenientibus, ut² reliquias prefatas in honore et reverencia habeatis, et diem translacionis sollempniter celebretis, ne indignacionem vestri fundatoris sancti Annonis incurratis. Gracias igitur agamus domino nostro Ihesu Cristo de omnibus bonis nobis largitis et largiendis, rogantes eundem dominum nostrum, ut per intercessionem sue genitricis gloriose virginis Marie et per merita sancti Annonis sui gloriosi confessoris necnon et omnium suorum sanctorum det nobis tranquillam et quietam vitam finemque bonum, ut cum sanctis et iustis vitam capiamus sempiternam prestante³ eodem domino nostro, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum Amen. Scriptum anno Domini M^oCCC^oLXXX primo.

1) Darüber corr. 'Suadeo'. 2) Von späterer Hand ergänzt. 3) Ms. 'prastante' (!)
